

*NvK an Gerardus Koneken, in decr. lic. und Dekan von Magdeburg. Aufgrund einer Bitte Mgf. Friedrichs von Brandenburg und des B. von Lebus, den Diözesanen von Lebus den Jubiläumsablaß zu gewähren, erteilt er dem Dekan die entsprechende Vollmacht und setzt die Modalitäten fest.*

*Kop. (15. Jb.): MAGDEBURG, LHA, Cop. 26 (früher: Cop. XXII) f. 155<sup>r</sup>. Unter dem Text: H. Pommert. Zur Hs. (darin Nr. 1455 auf Einzelblatt) s.o. Nr. 1388.*

*Druck: Riedel, Codex diplomaticus Brandenburgensis I/24 434f. Nr. 143.*

*Erw.: Koch, Umwelt 174.*

Nr. 1455, 1566 und 1599 stimmen in längeren Passagen oder einzelnen Phrasen insgesamt oder auch bloß paarweise überein. Offensichtlich liegt ihnen eine jeweils angepaßte Forma zugrunde; es sei denn, der Entwurf des jeweils älteren Textes wäre für die jüngeren Fassungen wiederbenutzt worden. Um diese von Fall zu Fall unterschiedlichen Übereinstimmungen deutlich zu machen, hätte es freilich eines unvertretbar umfangreichen apparativen Aufwands bedurft.

Quia illustris princeps dominus Fridericus marchio Brand(eburgensis) et reverendus pater Lubucensis episcopus apud nos per suas litteras et oratores humiliter insteterunt pro indulgenciis plenarie remissionis illi ecclesie et eius diocesanis concedendis, modo quo indulgencias ipsas Magdeburgi publicavimus, nos volentes eorum desiderii, que ad animarum salutem et christiani populi consolacionem tendere conspicimus, pie condescendere, discretioni tue, de qua plurimum in domino confidimus, cum nos ad presens diocesim illam certis aliis arduis impediti negociis personaliter accedere non possimus, facultatem damus, ut nostri nomine incolis civitatis et diocesis Lubucen(sium) sub nostra legacione comprehensis secundum continenciam cedula super huiusmodi indulgenciis Magdeburgi publicate<sup>1)</sup> consimiles plenarias indulgencias concedas et ibidem facias publicari, atque eciam inibi de confessoribus tribus, qui usque ad diem Purificacionis beate Marie virginis proximo futuram 10 in casibus apostolice sedi reservatis absolvant modo quo Magdeburgi, provideas. Qui etiam confessores publicis peccatoribus publicas penitencias iniungant et mutilatores seu interfectores clericorum ad apostolicam sedem remittant sacrilegosque et incendiarios ecclesiarum non absolvant, nisi satisfactione premissa aut certitudine de satisfaciendo habita.

Symoniacos vero civitatis et diocesis Lubucen(sium) per te tantum modo, quo in Magdeburgensi 15 civitate et diocesi tibi facultatem concessimus, absolvi ac per te capsas cum diversis clavibus poni volumus, ita ut capse huiusmodi sine clavi illo, quem tu ad eas habueris, non valeant aperiri. Et ne fraudis suspicio oriatur, earundem capsarum apericio nullatenus nisi coram testibus fidedignis, qui tunc reperta per suarum manuum subscriptionem recognoscant, fiat. Tu vero omnium contribucionum medietatem ad mandatum sanctissimi domini nostri pape reservare studeas, aliam vero medietatem ad dicte ecclesie fabricam cedere permittas.

<sup>1)</sup> S.o. Nr. 1390.

zu <1451 Juli 1 / 5 (?)>.

Nr. 1456

*Bericht des Johannes Busch in seinem Liber de reformatione monasteriorum über die Zusendung eines roquetum Romanum sive subtile durch den B. von Halberstadt an den B. von Hildesheim, damit dieser NvK in religione sua nach römischer Weise empfangen könne.<sup>1)</sup>*

*Kop. (s.o. Nr. 976): H f. 199<sup>r</sup>; B p. 410.*

*Druck: Leibniz, Scriptores II 946; Grube, Johannes Busch 746.*

<sup>1)</sup> Daß B. Magnus von Hildesheim ihm in ganz anderer Weise gegenübertrat, berichtet Busch daran anschließend; s.u. Nr. 1468.